


COLECCION DE DOCUMENTOS ECLESIASTICOS.



IMP. DE N. PARGA.-D. JUAN MANUEL, R.

RESP. JESUS BERRUECO

Tom. VII

GUADALAJARA, ENERO 8 DE 1892.

NUM. 1.

SECCION I.

LEO EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Illud in primis omni studio curare et satagere debent Romani Pontifices quibus supremus animarum Pastor gregem suum gubernandum commisit, ut ei tutapraesto sint.

praeusto sint.

Ovilia, vigiles ac solliciti praesint pastores, qui gregem ipsum ad sulubria pas- cua adducant, et a periculis defendant, nullumque ipsi desit subsidium per quod ad coelestem patriam facilius possit per- venire. Ex hoc profecto Praedecessores Nostri, vel nimis amplas dioeceses cir- cumscribere, vel novas Sedes erigere con- tinuo curarunt, prout animarum saluti conspiciebant salubrious expedire. Sane crescens quotidie, favente Deo, in Mexi- canis regionibus catholicae religionis aug- mentum exigit ut ad eas pastoralis Nostri muneric curas sedulo dirigamus, et spirituali illarum Christifidelium anima- rum bono et utilitati per novas Episcopali- lum Sedium erectiones, et aptiorem ec- clesiasticae Hierarchiae illic constitutio- nem salubrious prospiciamus. Nonnullae siquidem illic dioeceses tam late proten- duntur, et adeo inter se dissita continent loca, ut non raro illarum Antistites si- ve ob ipsorum locorum distantiam, sive etiam ob aeris insalubritatem a commis-

LEON OBISPO

SIERVO de los SIERVOS de DIOS

Para perpetua memoria.

Los Romanos Pontífices, á quienes el Supremo Pastor de las almas encomendó gobernar su rebaño, deben en primer lugar tomar interés con todo empeño y hacer esfuerzos para que estén todas las cosas en seguridad.

Vigilantes y solícitos pastores, deben presidir las iglesias, y conducir el mismo rebaño á los pastos saludables, defendiéndolo de los peligros, á fin de que no le falte ningun auxilio con que pueda más fácilmente llegar á la patria celestial. Por esto á la verdad Nuestros Predecesores, sin cesar procuraron, ó circunscribir las diócesis demasiado extensas, ó erigir otras nuevas, conforme entendian ser más provechoso á la salud de las almas. Y ciertamente, el auge de la religion católica siempre cresciente, por beneficio de Dios, en la region Mexicana, exige que Nos con toda diligencia encaminemos hacia ella el cuidado de Nuestro cargo pastoral y atendamos del modo más saludable al bien y utilidad espiritual de las almas de aquellos fieles de Cristo, por medio de nuevas erecciones de Sedes episcopales y por una organizacion de la Jerarquía eclesiástica más acomodada á aquella region.



FONDO EMETERIO
DE
VALVERDE Y TELLEZ

004435

sis sibi ovibus invisendis prohibeantur, quod quidem Dominico gregi non levius est discriminis et detrimenti. His jam de causis motus fel: rec: Pius Papa. Nōnus Praedecessor Noster anno Domini millesimo octingentesimo sexagesimo tertio tres ex Archiepiscopatu Mexicano novas efformavit provincias, et paulo post Vicariatum Tamaulipanum ad Cathedralis Ecclesiae honorem evexit, et Nos ipsi, vel a Nostri Pontificatus exordio, ad quem per ineffabilem Divinae bonitatis abundantiam fuiimus assumpti, binas alias in eadem Mexicana ditione Episcopales Sedes alteram nempe de Tabasco et alteram de Colima respective nuncupatas instituimus. Ast neque per hujusmodi novarum dioecesum erectionem satis abunde illorum Christi fidelium spirituali bono ac etiam communitati consultum fuisse experientia demonstrat; difficillima siquidem inter oves et pastores adhuc existunt commercia et plerique ex iisdem pastoribus quomodus universum sibi creditum gregem adire possint, licet invito, impediuntur. Venerabilium igitur Fratrum Nostrorum Mexicanae ditionis Antistitum, Cleri, plurimorumque catholicorum inclytæ ejusdem ditionis illustrium virorum votis, quibus ipsi a Nobis et Sancta Apostolica hac Sede flagitabant ut Episcopaliū Sedium illic numerus augeretur, et faciliori illorum fidelium propriis Episcopis communicationi consuleremus, obsecundare non modo opportunum, quin imo necessarium in Domino judicavimus. Ad hunc profecto effectum eosdem Mexicanos Antistites rogatos voluimus ut suam aperirent mentem, novamque proponerent provinciarum divisionem quae novis constitutis Sedibus utilior sibi videretur, quae usui esset ad novas instituendas dioeceses per dismembrationem antiquarum, ita ut expeditior et facilior illarum sic fieret administratio. Quo quidem a memoratis Praesulibus libenter praestito, Nos eorumdem sententiae accedentes auditis prius in tanti momenti re Venerabilibus etiam Fratribus nostris S. R. E. Car-

Supuesto que por allá algunas diócesis son tan extensas y comprenden lugares tan separados entre sí, que no rara vez, se vean impedidos sus pastores, ya por la distancia de los mismos lugares, ya por la insalubridad del clima, de visitar las ovejas que se les han encomendado, lo que redundaría en grave peligro y menoscabo del rebaño del Señor. Movido ya por estas causas, Nuestro Predecesor Pio IX de feliz memoria, el año de 1863, formó tres nuevas provincias del Arzobispado de México, y poco después elevó al honor de Iglesia Catedral el Vicariato de Tamaulipas; y Nos mismo desde el principio de Nuestro Pontificado, a que fuimos exaltado por la inefable abundancia de la bondad divina, erigimos otras dos Sedes episcopales en la misma region Mexicana; á saber: las denominadas respectivamente de Tabasco y Colima. Empero, la experiencia demostró que ni por la erección de dichas nuevas diócesis se proveyó con bastante abundancia al bien espiritual y ni aun á la comodidad de aquellos fieles, puesto que aun así es todavía muy difícil la frecuente comunicación entre las ovejas y sus pastores, viéndose muchos de éstos imposibilitados, contra su voluntad, de visitar en su totalidad el rebaño que se les ha encomendado.

Por tanto, juzgamos en el Señor no solo oportuno, sino hasta necesario secundar los votos de Nuestros Venerables Hermanos los Obispos de la Nación Mexicana, del Clero y de muchos esclarecidos varones de la misma inclita Nación, que pedían con muchas instancias de Nos y de esta Sta Sede Apostólica, aumentásemos en aquellas regiones el número de las Sedes Episcopales y consultásemos á la mas fácil comunicación de aquellos fieles con sus propios obispos. A cuyo efecto, quisimos en verdad que los mismos obispos mexicanos, rogados, manifestasen su parecer y propusiesen una nueva división de provincias, la que les pareciese más útil á las nuevas Sedes que se hubiesen de crear, y que fuera más acomodada á las nuevas diócesis que se hubie-

dinalibus ecclesiasticis negotiis praepositis, eisque consilium probantibus, proposi-tam novae Hierarchiae constitutionem ulterius non esse differendam censuimus, Praefatorum itaque Mexicanæ ditionis Antistitum, et cuiuslibet eorum consen-sum ad effectum infrascriptum praestitum ratum acceptumque faventes, et [quatenus opus sit] omnium et singulo-rum quorumcumque in id interesse ha-bentium, seu habere putantium vel prae-sumentium consensui hujusmodi haud praestito suprema Nostra auctoritate supplentes, cunctisque quae in hujusmo-di negotiis inspicienda sunt matura de-liberatione examinatis atque perpensis, nec non omnes et singulos quibus praesentes litterae favent a quibusvis ex-communicationis, suspensionis et interdicti, aliquis ecclesiasticis sententiis cen-suris et poenis si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium tantum consequendum harum serie absolventes et absolutos fore censentes, Motu proprio et ex certa scientia deque Apostolicae potestatis plenitudine, novam in Mexicana ditione ecclesiasticam Hierarchiam sex, ut infra, Archiepiscopali-bus seu Metropolitanis, ac viginti et una Episcopalibus Sedibus, nec non Vicariatu infimae Californiae constitutam fore de-cernimus. Episcopales idcirco Sedes de Antequera (seu Oaxaca) quae Mexicanæ, ac de Linares, et de Durango, quae de Guadalaxara respective Metropolitanarum, Ecclesiarum suffraganeæ ad praesens existunt, illarumque respective cathedras, Episcopalia nomina, essentiam, naturam et statum Cathedralitatis ad effectum infrascriptæ novae erectionis Apostolica auctoritate suppressimus et extinguimus, easque a qualibet illorum Archiepis-coporum Metropolitica jurisdictione, sub-jectione et quavis alia superioritate ex-imimus et liberamus, illisque sic sup-pressis, extinctis, exemptis et liberatis easdem de Antequera, de Linares et de Durango Ecclesias ad eminentiorem Archiepiscopalium et Metropolitanarum Ec-clesiarum gradum et fastigium pari auc-

ran de erigir por desmembración de las antiguas, para que la administración de las primeras resultase más expedita y más fácil. Lo cual hecho con gusto por los mencionados Prelados, Nos, aproban-do su sentir y consultados antes en ne-gocio de tanta importancia N. N. V. V. Hermanos los Cardenales de la Sta. Iglesia Romana encargados de los negocios eclesiásticos, y aprobándolo los mismos, juzgamos que no debía diferirse por más tiempo la propuesta nueva organización de la Jerarquía.

Así pues ratificando y aceptando el consentimiento de los predichos obispos mexicanos, y en particular el de cada uno de ellos para el efecto infrascrito, y supliendo con Nuestra suprema autori-dad (en cuanto sea necesario) el consen-timiento, no dado de todos y de cada uno de los que tengan interés en esto, ó juzguen ó presuman tenerlo; examinadas y consideradas con madura deliberación todas las cosas á que debe atenderse en tales negocios, y absolviendo y teniendo por absueltos (sin embargo, solo en cuanto al efecto de las presentes), á todos y á ca-da uno de los que favorecen estas letras de cualesquiera sentencias de excomu-nion, suspension y entredicho, de las censuras y de las penas en que de cualquier modo hayan incurrido; de Motu propio, y de ciencia cierta, y con la plenitud de la autoridad Apostólica, decidimos, que la nueva Jerarquía eclesiástica en la Nación Mexicana, quede formada de seis Sillas Arzobispales, como abajo se dirá, ó Metropolitanas, y veintiún obis-pados, y del Vicariato de la Baja Cali-fornia.

Consiguentemente, las Sedes episco-pales de Antequera, (ó Oaxaca) de Lin-ares y de Durango que hasta hoy han si-do respectivamente suffraganeas de las Metropolitanas, de México la primera, y de Guadalajara las últimas; y las cá-te-dras de las mismas, sus derechos episco-pales, su esencia, naturaleza, y condición de Catedrales, para los efectos de la nue-va infrascrita erección, con Nuestra au-

toritate perpetuo item evehimus atque extollimus ita ut ipsae ex nunc deinceps Archiepiscopales et Metropolitanae Ecclesiae nuncupentur, atque tales reapse habentur et sint, ac proinde omnibus et singulis juribus, jurisdictionibus, honoribus, gratiis, favoribus, indultis, praerogativis, praeminentiis, ceterisque quibus aliae tres in eadem Mexicana ditione Metropolitanae Ecclesiae de jure communi actu fruuntur potiuntur et gaudent, itidem et absque ulla prorsus differentia utantur, fruantur, potiantur et gaudent. Ut vero Mexicanus Nobis carissimus populus faciliorem cum propriis pastoribus habeat communicationem, et ab iisdem, quod maxime Nobis corde est, per semitas justitiae ad coelestia pascua dirigatur, quinque alias, praeter jam existentes, Episcopales Sedes, alteram nempe a Chihuahua, alteram a Saltillo, alteram a Tepic, alteram a Cuernavaca ac reliquam a Tehuantepec respective nuncupandas Apostolica auctoritate praedicta perpetuo similiter erigimus et instituimus. Ab Episcopatu propterea de Durango, mox in Archiepiscopatum ut praefertur erecto, totum territorium status civilis de Chihuahua nuncupati perpetuo dismembramus, illudque noviter erectae Episcopali Sedi de Chihuahua pro ejus dioecesi adjudicamus. Ipsa proinde dioecesis de Chihuahua memorato constabit territorio et infrascriptis inibi existentibus Paroecias—S. Jeronimo, S. Andres, Taraumar, Batopilas, S. Borja, Chihuahua, Casas Grandes, Carichic, Chinipas, Cosihuiriachic, Villa de la Concepcion, S. Cruz de Rosales, S. Cruz de Herrera, S. Eulalia, Colonia de Guadalupe, Guadalupe y Calvo, Guazapares, Huejuquilla, Huejotitan, S. Isabel, Janos, Jesus Maria, Julimes, Loreto, S. Lorenzo, Morelos, Moris, Nonoaba, Norogachic, Paso del Norte, Presidio del Norte, S. Pablo, Parral, Pilar de Conchos, Rio Florido, S. Rosalia, Satevó, Lisoguichic, Temechic, Temosachic, Temochic, Tervachic, S. Tomás, Urnachic, Valleza, Valle de S. Bartolo et Valle de S. Buenaventura—in civitati de Chi-

toridad Apostólica, las suprimimos y extinguimos, las eximimos y libramos de la jurisdicción, sujecion y cualquiera superioridad de aquellos arzobispados; y una vez suprimidas, exentas y libertadas, á las mismas Iglesias de Antequera, de Linares y de Durango, con la misma autoridad Apostólica, las elevamos perpetuamente y exaltamos al eminente grado y dignidad de Iglesias Arzobispales y Metropolitanas, de suerte que las mismas, de hoy en delante, se llamen Iglesias Arzobispales y Metropolitanas y sean y se tengan realmente como tales, y en consecuencia usen, gocen, posean y disfruten todos y cada uno de los derechos, jurisdicción, honores, gracias, favores, indultos, prerrogativas, preeminencias y demás distinciones, que por derecho comun disfrutan, poseen y gozan las otras tres Iglesias Metropolitanas en la misma nación Mexicana.

Mas para que el pueblo Mexicano que Nos es carísimo tenga mas fácil comunicación con sus propios pastores y para que por estos, que es lo que deseamos de lo íntimo de Nuestro corazon, sea conducido por los caminos de la justicia á la celeste patria, erigimos e instituimos de la misma manera perpetuamente con Nuestra autoridad Apostólica, fuera de las ya existentes, otras cinco Sedes Episcopales, que serán llamadas respectivamente de Chihuahua, del Saltillo, de Tepic, de Cuernavaca y de Tehuantepec. Por lo mismo, del obispado de Durango, que como se ha dicho, quedará en lo sucesivo erigido en Arzobispado, desmembramos perpetuamente todo el territorio del estado civil llamado de Chihuahua, y lo adjudicamos, para su diócesis, á la Sede Episcopal de Chihuahua nuevamente erigida. Por consiguiente dicha diócesis de Chihuahua constará del referido territorio y de las infrascritas parroquias, existentes allí mismo, á saber: S. Gerónimo, S. Andrés, Taraumar, Batopilas, S. Borja, Chihuahua, Casas Grandes, Carichic, Chinipas, Cosihuiriachic, Villa de la Concepcion, Sta. Cruz de Rosales, Sta.

huahua ipsius territorii principe Sedem et Cathedram Episcopales fundamus, Ecclesiam que SSmae. Crucis dicatam ad Cathedralis Ecclesiae gradum et decorum etiam perpetuo e rigimus.—A memorato insuper Episcopatu de Durango, et ab alio de Linares in Archiepiscopatus nuper etiam ut praefertur erectis, pro nova dioecesi de Saltillo constituenda distrahimus territorium status civilis de Coahuila nuncupati, illudque cum Paroeciis Santiago et S. Esteban in civitate Capitali vulgo—Saltillo—Arteaga, Ramos Arispe, Candela, Monclova, S. Buenaventura, Nadadores, Cuatro Ciénegas, S. Rosa, S. Fernando, Nava, Piedras Negras, Rio grande et Progreso ad Archiepiscopatum de Linares, aliisque nempe Alamo de Parras, Matamoros de la Laguna, et Parras ad Archiepiscopatum de Durango ad praesens pertinentibus Paroeciis eidem novae Episcopali Sedi de Saltillo attribuimus simulque ipsius Cathedram in civitate Saltillo constituimus, atque Ecclesiam divo Jacobo Apostolo sacram in Cathedralem erigimus.—Ad novam vero aliam Episcopalem Sedem de Tepic quod attinet, sic eam volumus constitutam. Ipsi siquidem amplectetur territorium ipsius nominis quod quinque districtibus constat eique insuper erit addendus alter districtus status civilis de Jalisco “Mascota” nuncupatus qui ad Archiepiscopatum de Guadalaxara in praesens pertinet, quemque propterea ab eo dismembratum et distractum declaramus illique infrascriptae adjudicentur Paroeciae, altera videlicet Acaponeta, altera Ahuacatlan, altera Compostela, altera Ixtlan, altera Jala, altera Jalisco, altera Rosa Morada, altera S. Blas, altera S. Maria del Oro, altera Santiago, altera Tepic, altera Tuxpan, altera Guachinango, altera Mascota, altera S. Sebastian, ac reliqua Talpa respective nuncupatae necnon infrascriptae assignentur Vicariae videlicet Huagicori, Lagunillas y S. Jose, Cacaluta, S. Luis, Talcotan, S. Leonel; Zopilote, Santa Cruz y Nayarit, Sentispac, Atenguillo, Cuale, Los Reme-

Cruz de Herrera, Sta. Eulalia, Colonia de Guadalupe, Guadalupe y Calvo, Guazapares, Huejuquilla, Huejotitan, Sta. Isabel, Janos, Jesus María, Julimes, Loreto, S. Lorenzo, Morelos, Moris, Nonoaba, Norogachic, Paso del Norte, Presidio del Norte, S. Pablo, Parral, Pilar de Conchos, Rio florido, Sta. Rosalia Satevó, Lisoguichic, Temechic, Temosachic, Temochic, Tervachic, Sto. Tomas, Urnachic Vallera, Valle de S. Bartolo y Valle de S. Buenaventura. En la ciudad principal del mismo territorio de Chihuahua, fundamos la Silla y Cátedra Episcopales y la Iglesia dedicada á la Sta. Cruz, la elevamos tambien perpetuamente al grado y honor de Iglesia Catedral.—Ademas, del mencionado episcopado de Durango y del de Linares, erigidos, como poco ha se ha dicho, en Arzobispados; para formar la nueva diócesis del Saltillo, separamos el territorio del Estado civil llamado de Coahuila y este, con las parroquias de Santiago y S. Estéban en la ciudad capital del Saltillo, y Arteaga, Ramos Arispe, Candela, Monclova, S. Buenaventura, Nadadores, Cuatro Ciénegas, Sta. Rosa, S. Fernando, Nava, Piedras Negras, Rio grande, y Progreso del Arzobispado de Linares, y tambien Alamo de Parras, Matamoros de la Laguna y Parras del Arzobispado de Durango, las agregamos á la Sede Episcopal del Saltillo, y al mismo tiempo establecemos su Cátedra en la ciudad del Saltillo, y erigimos la iglesia en Catedral consagrada al Apóstol Santiago.

Mas por lo que hace á la otra nueva Sede episcopal de Tepic, queremos que quede constituida de esta manera. Esta comprenderá el territorio del mismo nombre que consta de cinco distritos y ademas se le agregará otro distrito del estado civil de Jalisco, llamado de Mascota, el cual al presente pertenece al Arzobispado de Guadalajara, del que por lo mismo lo declaramos desmembrado y segregado, y se le adjudicarán á Tepic las parroquias siguientes: Acaponeta, Ahuacatlan, Compostela, Ixtlan, Jala, Jalisco